



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

7 Quæ conditiones requirantur ad metum iustum?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

PUNCTUM VII.

Quae conditiones requirantur ad metum iustum.

- 1 Apponuntur conditiones ad metum.
- 2 Quae inducant grauem metum ex communi sententia.
- 3 Examinatur an timor infamiae, iuris, vel facti cadat in virum constantem.
- 4 Quia dicendum de metu excommunicationis.
- 5 An timor reuerentialis cadat in virum constantem. Proponuntur variae sententiae.
- 6 Resolutio quaestionis.
- 7 An preces importunae indicant metum grauem.
- 8 Vnde praesumitur excutitur malum, qui minatur? Proponitur communis sententia.
- 9 Resolutio dubii.
- 10 Grauitas metus, an secundum se, an per ordinem ad personam desumatur.
- 11 Resolutio quaestio-
- 12 Malum, quod timetur, sufficit, si in persona filiorum, ne potum esse, timetur.
- 13 Arbitrio prudentis grauitas metus desumitur.

**T**R-<sup>o</sup>s conditiones sunt necessario requisite, Prima, vt malum, quod timetur, graue sit. Secunda, vt incertus pater sit, & praesumatur probabiliter excutatur. Tertia, vt patientem metum resistere facile non possit.

1. Circa primam conditionem ferē omnes Doctores conueniunt, timorem mortis, mutilationis, verberationis, grauis feruitus, caecitatis, carcerationis, diuitiarum, (dupli seu violentis coitus, propter periculum consentiendi, amissionis nobilitatis, vel instrumentorum, quibus nobilitas defendi possit, amissionis status honorum omnium, vel maioris partis illorum, esse timorem cadentem in virum constantem. Haec enim omnia & quodlibet illorum grauisimum damnum est, meritoque timeri potest à viro constante. Quae omnia constare ex *l. nec timorem ff. de eo quod metus causa, l. si quis quidem lego puco, eodem tit. c. 7. tit. 33. part. 7. c. ex cap. cum dilectus de his qua vis & tradit innumeros referens, & late probans Thom. Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 5. Malcardus de Probationib. ver. metus concl. 105. Basilus de Leon. lib. 3. cap. 4. num. 3. Menoch de arbit. lib. 1. cent. 1. casu 13. circa finem syluēt verbo metus. q. 31. c. 4.*

Auertendum tamen est amissionem honorum: quae tibi sunt propria, vel aliquo modo d. buntur: alias amissionis fatium honorum non potest habere rationem: nec re. rescindens contactum. Non enim habet rationem poeae, sed praemij, si tibi relinquatur legitima conditione, vt matrimonium celebret vel religionem proficiat alias pendendum: vel si noluit tuus esse amicus spectatis vel tibi in negotiis fauorem praestare nisi contractum celebret: quia in his omnibus non proponitur tibi perdendum aliquid ad quod habes ius ac proinde non habet amissionis illius rationem poeae, sed potius iniuriam illius consecutione: & ita tradit Basilus de Leon lib. 2. de matrim. c. 4. n. 10. ex. Titio. 5. c. l. si ita, legat. si ver. ff. de off. de cond. c. dem. Habet enim rationem poeae, si cogentis ex tuis bonis iacturam facere, nisi contrahas. Vnde si vi impediatur, ne alicui beneficiu vel ea heditate opponaris quousque contractum celebret, cum ius habes te opponendi, contractus celebratus est metu cadente in constantem virum: hac enim ratione renunciatio quorundam iurium facta à quodam Archidiacono timore ne possit sine Archidiaconatus impediretur, rescinditur & renouatur, cap. cum v. n. ff. de institutionib. quia ius habebat possi vendi Archidiaconatum. Similiter etiam cuidam athletae mandatur restituere pecuniam quam ultra debitum conuulsi fuerat, ne a certaminibus impediatur, ff. de iur. iur. ff. de eo quod metus causa quia talia athleta ius habebat certaminibus vacare: ac proinde contra ius impediatur. & ita notauit Thom. Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 5. num. 28. Basilus supra cap. 4. num. 4.

3. Item timor infamiae grauis & quae non facile vitari potest, siue sit infamia facti siue iuris, cadit in virum constantem: si enim deprehensio in graui delicto minetur te accusaturum vel alio modo publicaturum non est dubium, quin malum graue sit, quia melius est bonum nomen quam diuitiae malae & ree bonam viam ipsa praesertim legem ex tali manifestatione etiam non leuis à tui diuitiarum & hinc, vitae timeri potest: cadit ergo in virum constantem & ita tenet glossa in l. ne mortem ff. de eo quod metus causa, syluēt supra, Sanchez num. 14. c. Bonacin. de matrim. quaest. 3. v. n. ff. 8. num. 6. Basilus de Leon lib. 4. cap. 4. Vnde cum in l. nec timorem ff. de eo quod metus causa, dicitur: nec timore infamiae hoc edicto conueni Pedius dicitur intelligi debet de timore infamiae leuis & cui facile occurrere potest ita cum Accurs. Gothofr. d. & aliis explicat Basilus supra: & affirmat hoc modo intelligi quod si iures Theologos, speculatiue Comitum lib. 3. resp. mor. quaest. 2. §. pertinet, Affirmantem

metum infamiae non esse grauem; infamiae namque facile occurrere potest.

4. De metu excommunicationis variant Doctores an cadat in virum constantem; Aliquibus placet non cadere; nam vel est iusta & tunc sibi imputat excommunicatus, quod ligetur; vel est iniusta, & tunc non ligat. Ergo non est malum, quod debet timeri; & ita tenet glossa in c. cum dilectus verbo violent. de his qua vi. Socinus senior c. sacris num. 501. de sententia excommunicat. Barbatius c. ab excommunicato, de rescript. Sotus in 4. d. sp. 29. quaest. 1. art. 2. in fin. Villalobos sum. tract. 3. d. ff. 8. num. 5. Aliis vero probatur esse metum grauem, qui semper est grauis poena: sic Baholon de Ledelm. de matrim. duob. 13. fundamento 3. Scraphin de privileg. iuram. privileg. 29. num. 4.

Decidendum tamen est metum excommunicationis iustae non cadere in virum constantem, ob rationem dictam; sed verò excommunicationis iniustae qui facili occurrere non potest, quia esto non liget quoad Deum, ligat tamen quoad Ecclesiam: in foto enim externo, vt verè excommunicatus te gerere debet, ex cap. nobis, de sentent. excommunicat. quod graue malum est: & ita docet Couarr. 4. decret. 2. §. 4. cap. 3. num. 1. 1. vers. 8. Maicard. verbo metum, concl. 105. num. 50. Etiam n. lib. 3. de rescript. 1. n. 139. Bonac. supra n. 6. Sanchez. disp. 5. n. 16. Balila. b. 4. de matrim. 4. n. 7.

5. Timor reuerentialis contractum rescindens non est recundia, & pudor, qui filiis respectu parentis, & vxori respectu mariti, & subditis respectu Praelati inest, vt constat ex c. unico §.orro, de rescript. impub. in 6. Alias quidquid filius exposulatus à patre, vel vxor à marito faceret, occidat pudore, diceretur metu facere, quod non est concedendum. Neque etiam sufficit vt quis non audeat praesudore & reuerentia contradicere praecipienti, tamen veli obediatur repugnantem voluntate. De hoc ergo metu dubitatur, aut sit viri constantis, Plures Doctores tenent inducere metu grauem, Ceterum probabilius existimo solum metum reuerentialis non sufficere, inducere metum grauem, nisi aliquid malum timeatur: v. g. Vultus asperitatis, rigida tractatio & exprobatio continua, aut horum timor probabilis. Quare metus reuerentialis in eo debet consistere in timore rescindat alicuius mali imminenti, eo quod non ferues reuerentiam ei cui debet: nam cum metus sit mentis trepidatio, quilibet metus trepidationem alicuius mali debet habere.

Ex his venit decidenda quaestio an metus reuerentialis cadat in virum constantem; Thom. Sanchez. disp. 6. num. 7. plures referens. Molina de primogenit. lib. 2. cap. 3. n. 9. Duaren. in comment. ad iur. de eo quod metus causa. Donell. lib. 1. comment. c. 39. §. in primis volum. inferendi. Fachio lib. 2. controuers. iuris. Lessius alii infra existimant talem metum, si abstinere minae, vel verbera, vel alterius grauis mali timor non cadere in virum constantem. Ratio est, quia sola reuerentia parentibus, marito, & consanguineis debita non videtur tanti momenti, vt merito à constante viro timeri possit. Ideoque in cap. ex litteris de sponsa. impub. vbi redduntur ob metum parentum sponsalia irrita, aduertitur puellam minis parentum impulsam concessisse tacite inuencis de scientibus minis sponsalia valitura, sicut valet renunciatio facta à filiis in fauorem patris quando vi & dolo praescripta non sunt, c. de patris in 6. Alias si solus metus reuerentialis caderet in virum constantem fere nullus constitutus, filiis vxoris clerici subditi esset firmus cum eum probare facili possent parentum maritum Episcopum & dominum, contractum iualisse, & contrahentes consentire contractibus vt non aui fuerat praesudore, & reuerentia contradicere. Affirmandum ergo est timorem reuerentiae non esse sufficientem, nisi alterius mali grauis adiungatur, quod non est sola praecipio, tamen maledictioe maledictioe non enim ex maledictione malum necessario oritur esse tamen si timeret infernum superiorem habere continuo, & obiecturum passim illam, inobedientiam quia hoc ita graue malum est, vt vix reputatur potens fuisse nec.

Alii affirmant metum reuerentialem semper cadere in virum constantem: tenet hanc sententiam Menoch. de arb. lib. 2. casu 139. cent. 2. Nauar. in editione Lugdunensi, lib. 3. tit. de his qua vi, conf. 10. n. 4. alii plures relati à Sanchez de matr. lib. 4. dist. 6. n. 4. praecipuum fundamentum sumitur ex variis testibus, in quibus metus reuerentiae alii dicitur tollere consensum & libertatem ad contractum requisitam. Primo ex reg. velle 4. de reg. iur. ibi non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini: ergo imperium patris, vel domini tollit voluntatem saltem omnino liberam. Secundo ex l. §. qua obseruanda, ff. quarum rerum actio non detur conceditur actio libero filio quod apparet: metu solo vel nimia patris reuerentia se subiecit, vt vel poenali stipulatione se subiecit: Ergo non solum in ius, sed nimia reuerentia defendit contractum. Quod si dicas nimiam reuerentiam intelligi metum reuerentialem minis adiunctum alias non diceret nimiam reuerentiam, sed reuerentiam, facili eladi potest, quia sententi debet tunc nimia reuerentia cum metu mortis aut alias grauis damni, ac proinde non vt quid distinctam à metu proponatur patris reuerentia, Tertio si patris praesente libero furum

DE RE CAUSARUM PALATII

furum committat, non obinde censetur libertus consistere, sed actione facti agere potest: quia, ut dicit *l. penult. ff. de furtis* magna verecundia ei, quem in presentia pudor ad resistendum impedit, furum facere solet; id est, non obstat, cum factum fiat. Tandem si ad metum reuerentialem minas essent requisitae nulla esset differentia inter metum eius, cui deberetur reuerentia, & alium extraneum cum minas semper metum grauem inducant.

Tertia sententia docet metum reuerentialem solum censeri grauem, quando patiens metum celebrat contractum cum inquitante, secus si cum alio tertio metus ignato.

Quarta docet solum reuerentiam debitam patri inducere metum grauem, quia est persona cui maxima debetur reuerentia, Doctores huius, 3 & 4, sententiae referunt Sanch. *disp. 6 num. 5. & 6.*

9 Ego vero in hac quaestione distinguendum cauteo. Vel motus reuerentialis sumitur pro pudore, & verecundia, quam subditi pati timerent, si neget petunt a superiore, vel sumitur pro vultus asperitate, rigida tractatione, exprobratione continua quae subditi pati timerent, si superiori contradicant. Si metus reuerentialis primo modo sumatur, non videtur metus sufficiens ut cadat in constantem virum. Non enim pudor & verecundia ita subditum occupare debet, ut eius liberam dispositionem impediat, neque pati illum pudorem & verecundiam, quae statim transeat, est malum tantae considerationis ut iobinde contractus rescindendus sit. Verum si non solum timet hanc verecundiam pati, cum negat, sed continuo, quia continuo sibi obicit, timet, & timetque ut offensum austerum, & implacidum superiorem habiturum, talis timor sine dubio cadit in virum constantem. Et ab hoc modo dicendi nullo modo discepat Thom. Sanch. nam cum *disp. 6. num. 7.* dicat metum reuerentialem non cadere in virum constantem, intelligit de metu reuerentialis pudoris, & verecundiae, quem patitur subditus superiori contradicens, ut notat ex his quae dicit *disp. 9. num. 12.* quando vero intelligit ob offensum obedientiam passurum subditum, regidam superioris tractationem, implacidum vultum & similia, &c. tunc affirmat esse metum cadentem in virum constantem. sic dicit *disp. 6. num. 14.* Quare immerito Basilius de Leon *lib. 4. cap. 5. n. 7.* Thom. Sanchez spendissimum lumen Theologiae mortalis & nostrae religionis decus, insequentiae vel imperitiae arguit cum potius ipse reprehensione dignus fuerit eo quod non attendit metum reuerentialem (iuste posse) & proprie pro timore pudoris & verecundiae, non pro sola indignatione superioris. Nostrae sententiae etiam adscribit Lessius *lib. 2. de virtut. cap. 17. dub. 6. num. 35.* affirmans si leuiter offendatur superior ex repugnancia suae voluntatis eo quod eius indignatio cito transeat, non cadere in virum constantem: secus vero, si indignatio diuturna sit.

Neque argumenta prima & secunda sententiae nobis obstant: prima enim sententiae argumenta de metu pudoris, & verecundiae cito transeunt intelligi debent. Secunda sententiae argumenta de metu indignationis diuturnae.

7 Item preces importunae & saepius repetitae ab his, quibus reuerentia debetur, ut probabiliter defendo cum Thom. Sanchez *disp. 7. num. 7.* Lessio *lib. 2. cap. 17. dub. 6. num. 15.* cadere in virum constantem, quia molestissimum est has preces sustinere, & vix est, qui possit diu resistere; graue enim est, & intolerabile subdito habitare cum superiore cuius voluntatem continuo despicit; ex tali enim despectu necessario superior implacidum, & offensum, iusto ostendet. quod certe de se graue malum est. Non tamen probo quod dicit Basilius de Leon *lib. 4. de matrim. & alii ab eodem relati cap. 5. num. 17. & cap. 12. n. 15.* has preces a quacunque persona oriantur, inducere grauem metum alius nihil principis voluntate efficerent, cum omnia rogati faciant & saepe velint esse rogati, & puella precibus amantissimae coacta diceretur, & pater si petitione importuna filii donationem concederet: quae omnia, meo iudicio, aliena sunt a veritate eo quod censuram huiusmodi precum molestiam facile vitari posse. quoties non oriuntur a superiore persona, & cuius habes dependentiam. Adde, esto, indignatio diu: una patris & superioris sufficit constituere metum grauem reuerentialem. Non tamen hunc metum constituit, si ut aliorum hominum, qui ad nos non attinent, ut dicit ipse Basilius *supra cap. 5. num. 7.* Ergo similiter, esto preces importunae superioris, & quorum habemus dependentiam, metum grauem constituunt, non tamen si sint aliorum qui ad nos non attinent, vel potius nobis subditi. Neque rationem, aut textum pro se efficacem adducit: posset tamen adducere, quae congerit doctissimus Sanchez *disp. 7. num. 4.* Non esto preces hae molestiam, & violentiam inferre dicantur *extrauag. execrabilis de praebedis.* non debet censeri tanta, quae in virum constantem cadat, neque enim Samsou *Judic. 16.* constanter egit, dum victus amote, & importunatione Dalila secerem fortitudinis propalauit, esto molesta ei esset, & per multos dies iugiter adhaeret, spatium ad quietem non tribuens, sibi enim impurare debebat, quod non tribueret spatium ad quietem, cum facile illam repellere posset.

8 Circa secundam conditionem dubitari potest, quae requirantur, ut incutiens metum praesumi probabiliter possit excoartari malum? Dicendum igitur est ex circumstantiis hoc esse pensandum: si enim potens sit qui minatur, & dure fert suae voluntati repugnari, merito timeri potest excoartari, eaque de causa dixit Iuriconsultus in *l. famosi ff. ad leg. Jul. maiest.* personam spectandam, & an potuerit facere, & an ante quid fecerit quasi totus metus ex conditione personae minantis desumendus sit.

Hinc inferunt communiter Doctores requiri necessario, ut metum incutiens solitus sit minas exequi, imo oportere solum esse exequi in eodem genere mali, ex doct. Baldi in *l. fin. ad fin. ff. de hered. insti.* dicentis, ex dissimilibus non sumi coniecturam: ita relato Cyno, & Alexand. *l. metum. n. 2. C. de his qua vi.* docet Sanch. *lib. 4. disp. 1. num. 21.* addens hoc verum esse nisi solitus sit minas exequi in alio genere mali ita atroci, ac est illud quod minatur. Explicatque deinde Sanchez, quid requiratur, ut possit dici, solum esse exequi minas, merito quod timeri possit excoartari & affirmat non sufficere motus male tractatae viae, nisi pluries tractauit, quia vnicuius actus consuetudinem non facit; viro vero te iam tractauit male, sufficienter te posse timere, ut iterum faciat.

9 Ceterum exititio ad incutiendum metum non esse necessarium solum esse minantem minas exequi, sed sufficere minari. Probo. Verba sunt signa conceptus, & intentionis. *c. humanae aures, 22. quaest. 1. & l. Lab. ff. de supplect. legat.* cum ergo verba minantis promittant malum inferendum; merito illud timere poteris. Secundum, si homo armatus vnde quaque tibi aliquid praecipiat, timere iuste potes mortem, vel aliquid simile, si non obtinueris. ex *l. 3. in princ. vers. qui armati ff. de vi.* & *l. 1. de pharmacia* ubi sufficit enim terror armorum ut videantur armis deiectione, & ex *l. 1. tit. 2. part. 4. ibi.* cum si vis se armis, & tradit ibi Gregor. Lopez, Ioannes Garcia de nobilitate, *glossa 17. n. 26.* Nam licet te verba non inferatur vis, tamen satis est ad cinerem instillum, timere ne inferatur, ex textu in *l. non nisi ff. quod falso iuror. ubi aut metus ne compelleretur, & ex l. si donationis. C. quod metus causa & in l. interpositas. C. de transactionibus, & aliis multis allegatis à Malcard. de probat. *verb. metus. conclus. 1055. n. 49.* Imo etiam si ferens arma, illa deponat, cauebit grauem metum: cum enim possit illis armis vi, nihil obest depositio, ex *l. quoties, §. qui in potest. & l. in delictis, in princ. ff. de noxalib.* & tradit Thomas Sanchez *lib. 4. consensu coacti, disp. 5. n. 5. cum glossa super dicit. l. 3. verbo. sed deiecerunt;* ibi Angel. Greg. Lopez super verbo, *summissum.* Anton. Gabriel. *2. tom. comment. opin. verbo metus. fol. 66. col. 1.* Anton. Cucus *lib. 5. insti. maiorat. tit. 11. n. 159.* Gutierrez *consil. 16. num. 20.* Ergo etiam si minans nunquam alicui malum intulerit. potest metum cadentem in constantem virum cauere, ex eo praecipue quod armatus praecipiat. Tertio etiam verum sit delictum factum non debere praesumi, nisi probetur ex *l. merito ff. pro socio.* At efficiendum bene potest praesumi, si ipsemet reus efficiendum proponat: si enim ex eo quod reus dixerit se delictum commisisse, inferatur ad minimum semiplena probatio delicti commisi, & iudicium sufficiens ad, ortum, ut tradit Decius in *cap. ut si clerici de iud. Imola in c. post inquisitionem, de elect. & alii, quos refert, & sequitur Malcard. de probat. verb. delictum. concl. 198. num. 10.* Ergo etiam inferretur semiplena probatio & praesumptio non leuis delicti committendi, ex eo quod minatur se commissurum.*

Quare cum Doctores dicant ad incutiendum metum grauem requiri necessario incutiendum solum esse minas exequi intelligi debent quando solitus est minari, tunc enim minis superiacetis & executioni mandatis, inferatur morale iudicium idem ipsam effectu. Si vero non fuerit executioni mandatae minas, colligetur illas non profertur ex animo exequendi se ad terrorem iuxta *l. metum C. de his qua vi.* At si non constat alia vice minaturum fuisse, nulla esse potest ratio quare ex ministerio, iactatis à potente illas exequi non incipiatur grauis timor. Et in casu dubio an aliquis atrox sit, & minas executioni mandatus, dicit Thomas Sanch. *lib. 4. disp. 6. n. 22.* cum Verouo *cap. 1. de officio delegati. num. 19.* incutere instillum metum. Idem tenet Bonacina *quaest. 3. de matrim. punct. 8. num. 7. sine Ochaguaia tractat. 3. de matrim. quaest. 24. ubi quod si sit persona incognita timeri debet minas incutere in periculum quis incidat, & adducit Abb. c. 1. n. 3. de off. deleg. Felin. ibi n. 2. Decius n. 11. Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 9. n. 3.* idem docet Basilius de Leon *lib. 4. de consensu coacti. cap. 2. n. 8.**

10 Tertia conditio requisita ad metum grauem, ut scilicet patiens metum non facile resistere possit, est manifesta. Nam si facile malum vitare potest iuste non timet; sibi culpa imputare debet, si malum eueniat cum facili negotio potuerit vitare & ita tradunt Syluest. *verb. metus q. 1. Anton. Cucus lib. 5. insti. maior. tit. 12. n. 155.* Thom. Sanch. *lib. 4. de matrim. disp. 1. n. 23.* Conioch. *de matrim. disp. 28. dub. 2. n. 23.* Bonacina cum aliis *supra* Basili. de Leon *lib. 4. de matrim. c. 1. num. 6.*

Circa supradictas condiciones duo sunt aduertenda. Primum est grauiorem metum, non secundum se tantum sumendum

PUNCTUM VIII.

Utrum metu grauis iniuste incussus ad extorquendam contractum reddat contractum iure naturae nullum.

- 1 Distinguitur multiplex metus.
- 2 Proponitur prima sententia affirmans metum iniuste incussum iure naturae contractus irritare.
- 3 Secunda sententia distinguit inter contractus lucratiuos, & onerosos.
- 4 Omnis contractus tam onerosus quam lucratiuus, est validus iure naturae, venit tamen rescindendus.
- 5 Suis rationibus prima, & secunda sententia.

**P**roponendum est metum grauem prouenire posse à causa naturali, vel à libera, & ab hac dupliciter iuste, vel iniuste. Si à causa naturali proueniat, certum est nullum contractus vel promissionem annullare, aliàs promissiones, vota & iuramenta facta timore mortis imminenti in tempestate, vel infirmitate essent irrita: quod non est dicendum. Si vero à causa, libera proueniat metus cum possit iuste vel iniuste prouenire videndum est an vtroque modo annullat contractus ex tali metu celebratos. In praesenti agemus de metu iniuste incussus in sequentibus de metu iuste illato.

**1** Prima sententia docet metum grauem iniuste incussum ad extorquendam contractum, contractum annullare ipso iure naturae, tenetur hanc sententiam Molin. som. 2. de iust. disp. 267. & disp. 329. in sol. ad 2. Ioan. Salas plures refert 1. 2. q. 6. a. 6. tract. 3. disp. 3. sect. 1. n. 8. Couar. 4. decr. 2. p. c. 3. §. 5. n. 6. Matienzo lib. 9. recap. tit. 1. rubr. gloss. 1. num. 189. & alij apud Thom. Sanch. lib. 4. de matrim. disput. 14. numer. 1. & disput. 8. num. 2. Probatur primò si extorquas consensum ab alio per metum grauem, iniuriam, & iniustitiam illi facis. Ergo non est iustum, vt commodum ex tali iniustitia reportes reportares autem maximum si iniuriatum tibi obligares, & contractus celebratus firmus esset. Secundo acquisita per metum obligaris restituere, vt est communis omnium sententia, & habetur in l. 28. tit. 11. p. 3. ergo non habes illorum dominium, dominium enim est ius & potestas vtendi re pro libito. Si ergo teneris illam reddere donanti signum est tibi non esse translatum dominium. Et ita tenet Fortun. rr. de vlt. fillat. 2. 1. n. 449. P. Molin. tom. 2. de iust. tr. 2. disp. 3. 1. 6. in sol. ad 2. Tertio, si promittas Petro ex metu aliquam rem, non potest Petrus illam recipere. Ergo neque tu es obligatus illi donare. Quarto, qui nullum est ius, in quo contractus metu facti irritantur, sed potius supponuntur irriti, vel irriti declarantur. Ergo signum est iure naturae esse irritos. Quinto communis est omnium sententia vota simplicia metu extorta irrita esse, & tamen non sunt irrita aliquo iure positiuo cum nullam appareat, in quo talia vota irritantur. Ergo sunt irrita iure naturae. Ergo idem erit dicendum de aliis promissionibus.

**3** Secunda sententia distinguit inter contractus lucratiuos, & onerosos, & affirmat onerosos esse ipso iure naturae valido quia est titulus sufficiens ad illum valorem, scilicet dari, & accepti, qua ratione dicit emptioem, venditionem, iuractionem metu factam validam esse neque obligationem esse restituenti rem, neque fructus, quouique patiens metum petat rescissionem contractus, quia est translatum dominium. At contractus lucratiuos, in quibus nihil rependitur, vt promissio, donatio, testamentum, legatum commodatum precarium nullos esse, quia ibi nullus alius est titulus ad transferendum dominium praeter voluntatem, quae cum non sit liberalis, & gratuita, sed metu coacta non videtur sufficere ad transferendum dominium; sicuti solutio vsuratum nulla est ipso iure naturae, quia deficit voluntas liberalis, & titulus sufficiens ad eius valorem. Cofitmo efficaciter ex l. donationis. ff. de donat. ibi, donat aliquis ea mente, vt statim velis accipientis fieri, & in nullo casu ad se reuertit. Et tantum, vt libertatis, & munificenciam exerceat hac verè donatio est. Sed qui donat ex metu, non vult in nullo casu ad se reuertit, sed potius cum donat vult, vt sibi reuertatur. Ergo talis donatio, donatio non est, ita tenet Valq. 1. 2. disp. 27. in fine. Azor lib. 1. c. 11. §. 7. §. nono Basilius de Leon, lib. 4. cap. 9. n. 4. & cap. 7. n. 4. vbi affirmat acquisita per metum in contractu oneroso non esse restituenda, quouique patiens metum peccat rescissionem contractus secus vero acquisita contractu lucratiuo: haec enim cum fructibus restituenda debent. Ex qua doctrina inferet cap. 11. n. 9. concessioem vectigalium, aut noui tributì Regi factam metu reuertentiae aut quouis alio graui valere in conscientia: neque Principem ob noxium esse restitutioni, quia illa concessio non est liberalis donatio, quae exigat plenum voluntarium, sed est contractus onerosus, cum detur ad tuitionem regni, & ad regni hostes debellandos, aliisque publicis necessitatibus subueniendum.

**4** Tertia sententia, cui tanquam probabiliori adhæreo docet contractus per huiusmodi metum celebratos valido esse.

sumendam esse, sed per ordinem ad personas patientes metum. nam, vt bene dixit Menoch. lib. 2. cent. 2. casu 135. n. 2. non omnes vniuersi conditionis sumus, aliqui enim constantissimi sunt, quos nullum periculi, nullum tormenti genus terret, aliqui vero nullifera ipsa timidiore Ausuri leues flatus verentur. Negati enim non potest mulieres timidiore esse viris, & pucros hominibus matre aetatis, facillime terretur, ac proinde malum, quod adolescentibus minaturum, sufficiens non esset incutiende metum grauem, fore puero, vel mulieri sufficiens, quod late probat Tituq. de legib. cõntr. l. 9. gloss. 1. n. 160. Menoc. de arbit. lib. 2. cent. 2. casu 135. n. 4. & 5. Nauar. c. 22. n. 51. Molin. lib. 2. de primog. r. 3. n. 10. Couar. 4. decr. 2. p. c. 3. §. 4. n. 2. Flamin. lib. 13. de relig. q. 1. n. 58. & alij plures, quos refert, & sequitur, Th. Sanch. disp. 2. n. 1.

Hinc oritur non leuis difficultas: si enim malum, quod timendi debet per ordinem ad personam patientem metum sumendum sit, contingere potest, esse aliquem ita timidum, quem malum leue, & facile vitatu grauius moueat, vel itaque potius contractum celebrare quam metui subiacere, quod quidem est cogita decisionem text. in l. metum, la. 2. ff. de eo quod met. caus. vbi dicit Consultus, Metum non vniuersi hominis, sed qui merito, & in hominibus constantissimum cadat, ad hoc edictum pertinere dicimus. Et l. nec timorem 7. vbi, proinde, el. 1. ff. de eo quod met. caus. dicitur, quod quis metusolos rem frustra mueret, per hoc edictum non restituitur. Inferitur ergo non esse sumendum grauitatem metus ex imaginatione patientis, sed ex ipsa rei grauitate, & ita tenet Sanch. lib. 4. de matr. disp. 1. n. 14. cum Pelac. 4. disp. 2. disp. 1. 160. col. 2. vbi, ad haec.

**11** Caeterum distinguendum censo; vel, loqui possumus de metu, quatenus annullat contractum, vel quatenus inuoluntarium reddit. Si enim loquamur de metu, quatenus inuoluntarium reddit facit malum leue, & insufficientem constantem vitium mouere, si tibi graui malo apprehendatur causare inuoluntarium, sicuti potest causare graue aliquod malum; quia in tantum graue malum mouet ad sui fugam, in quantum vt tale apprehenditur. Si ergo leue malum, vt graue apprehendatur, eodem modo mouebit, & inuoluntarium causabit. Verum ne litibus occasio detur, solus motus de re graui, & quod grauius constantem mouere potest, voluit ius canonicum & civile, vt contractus rescindat, & alius metus leuis pro nihilo habeatur & ita notauit expressè Lessius lib. 2. c. 17. sub. 6. n. 45. in 2. edit.

**12** Secundo aduerto non esse necessarium timere malum in propria persona, sufficit si in filijs, & alijs sanguine iunctis & affinis ortis ex matrimonio timeatur, quia horum malum vt proprium reputandum est, & quia iuste potest quis timere, sibi inferendum malum, si ob eam causam sibi sanguine iunctis inferret, & ita tradit alijs relatis Mascard. de probat. concl. 1015. n. 24. Flamin. de relig. lib. 13. q. 1. n. 178. Matien. lib. 9. recap. tit. 1. rubr. gloss. 1. n. 189. Th. Sanch. plures refert lib. 4. disp. 4. n. 8. **11** Hi consanguinei vel affines debent esse intra quartum gradum, vt metus illis incussus censetur proprius, quia extra illud non reputantur consanguinei, ex text. in c. non debet, de consang. & affin. & tradit Thom. Sanch. sup. n. 12. Ochagauia tract. 3. de matr. q. 2. 1. 2. idem est, si metus esset incussus tibi amicis, sicuti quia bona amici, propria censetur Sanch. n. 9. & Ochagauia n. 2. Lessius lib. 2. c. 17. sub. 6. in princ. n. 35. ac denique idem est dicendum de metu incussu domesticis alicuius, iuxta c. quicumque, de sent. excom. in 6. iura gloss. verbo, suorum, & ex Clem. 1. de excess. p. 1. vbi, verberentur, & tradit Sanch. n. 10. & Ochagauia supra collegit in omnibus Basil. de Leon. lib. 4. de matr. c. 3. n. 4.

**13** Tertio aduerto arbitrio iudicis, & prudentis metiendum esse metum grauem, ita probat l. metus autem causa, ff. ex quib. caus. maior. ibi, non sufficit quolibet terrore adductum iurisse huius rei adquisitio iudicis est. Non enim certa regula definiiri potest nam licet malum minaturum graue sit, potest tamen facile repellit, vel quia incutiens metum non valet exequi, vel quia patiens illum validior est, quocirca, horum cognitio ex arbitrio prudentis dependet, similiter etiam de pendet ex prudentis arbitrio iudicare plura mala an attingant terminum requisitum ad grauem metum incutiendum, v. g. amissio diuitiarum, incarcerationis precum molestia cum metu reuertentium, & alia huiusmodi iuxta glossa in l. interpositas, verb. Cruciatum, C. de transact. ibi Bald. & glossa in c. penul. de his qua. vi metus causa sunt. Silyest. verb. metus, q. 2. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 2. casu 135. n. 3. Th. Sanch. lib. 4. disp. 5. n. 1. & seqq. Basil. de Leon. lib. 4. c. 4. n. 2. Aduerto tamen cum Basilio, & Sanch. sup. hoc iudicis arbitrium non solum desiderari iure Caelarico, & canonico sed etiam iure regni Castellae quidquid dicat Villalob. in antinomia iuris civilis, & regis, verbo, metus, n. 14. tñ ob rationes factas quia sepe grauitas mali, & potestas vitandi, non est ita competita, quin iudicis arbitrium desideretur, tum etiam, quia l. 7. tit. 3. part. 7. post enumerata aliqua mala grauem metum inducentia additur, de tal. mieda como esse, o ero semianze. Vt ergo decernatur, an simile, vel aequale malum sit illi, quod in iure est expressum, iudicis arbitrium requiritur, & in foro conscientiae prudentis Confessoris.

Ter. de Castro Sum. Mor. Paris. I.